



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

IOANNES C. RAVENNATENSE. OTTO I.
P. XIII. IMP. 145

rent de ecclesia dicta eieci, monachos de Abundonie loco substitui. Sint autem praedictæ villæ, rus, mansiones, terræ riuli, omni terrenæ seruitutis iugo liberæ in perpetuum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis arcis ve restauratione. Si quis autem hanc nostram donationem in aliud quam constituiimus transferre voluerit, priuatus consortio sanctæ Dei ecclesiæ æternis barathri incendiis lugubris iugiter cum Iuda Christi proditore eiusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendauerit congrua quod contra nostrum deliquit decretum.

ANNO
CHRISTI
967. CONCILIVM RAVENNATENSE
IN CAVSA DISCIPLINÆ ECCLESIASTICÆ
celebratum, anno Domini DCCCCLXVII. tempore
Ioannis papæ XIII.

N O T A.

* Concilium.] De hac Synodo fit mentio apud Reginonem his verbis: Otto imperator ubinatalem diem Domini Rome celebrasset, Ra- uennam profectus est una cum Ioanne Romano pontifice, ubi, celebrato paschate, plurimos ex Italia & Romania episcopos coadunauit, & habita Synodo multa ad utilitatem sancte ecclesie adinuenit. Et apostolo Ioanni urbem & terram Rauennatium, aliaque complura, multis retro temporibus Romanis pontificibus ablata, reddidit: (vel potius restitutionem iam ante factam confirmauit) eumque inde Romanum cum magna letitia remisit. Hæc apud Reginonem.

CIRCA
ANNVM
CHRISTI
967. LEGES ECCLESIASTICÆ
REGIS EDGARI,
VT PER SE HABENTVR IN SAXONICO LIBRO,
a sacerdotalibus disiunctæ, & a Lambardo versæ.

TITVL CIAPITVLORVM.

- | | |
|--|--|
| I. De immunitate ecclesiæ, & debitiis eidem reddendis. | III. De decimis. |
| II. De censu ecclesiastico, sine premium seminum. | IV. De denario in domos singulas imposito. |
| | V. De diebus festis & iejunio. |

Concil. Tom. 25.

T